

A

Cum Nicephorus Basilaca aetate iam provector, videlicet post annum c. 1160, scripta sua praecipua, quae sparsa dissipataque circumferebantur, in unum undique contracta cogere vellet, *Πρόλογον* his collectaneis praemisit, qui inter auctoris vitae narrationem et de eiusdem temporis litteris disputatiunculam medius fere exstat. a principio Basilaca grammatices poesis rhetorices quae hausit rudimenta primaque harum rerum pericula quae fecit commemorat; dein de contentiōibus dissensionibusque grammaticis sibi aequalibus uberius agit: novam schedarum, quae dicebantur, componendarum rationem se ipsum induxisse, quae eo ceterorum praceptorum invidiam conflaverit, ut eius sectatores βασιλακισμοῦ insimularentur, quo modo olim Philippi Macedonis fautores φιλιππισμοῦ; cum autem se his molestiis expeditisset, multa carmina eademque polymetra elaborasse necnon satiras quattuor, quae omnia vel auctor ipse deleverit vel casus disperserit. hoc loco epistolis pluribus, quas ad usum avunculi sui, civilis viri, confecerit, breviter memoratis Nicephorus ait se non amplius iuvenes domi et intra privatos parietes instituisse, sed διδασκάλου τοῦ ἀποστόλου dignitate apud patriarchatum adeptam ex cathedra S. Sophiae Paulum explanavisse, quaestiones ad mores pertinentes prosecutum esse (annis c. 1140—1150), bene quidem ac feliciter, at non sine rixis atque invidia ex parte ecclesiasticorum C. politanorum (de eventibus, qui secuti sunt, Basilaca reticet, sed aliunde constat eum annis 1156—1157 anathematizatum, διδασκάλου munere privatum, in exsilium eiectum esse). hisce positis auctor suae orationis habitum, qualis sit, adumbrat; earum rerum, quae volumine continebantur, quaeque omnes duobus operibus exceptis hic eduntur, indicem explicitum praebet (desunt hic oratio altera in Alexium Aristenum amissa et monodiae, quas propter generis affinitatem una cum progymnasmatis colligendas curavimus); postremo de operibus mentionem addit, quae in editionem, quam parabat, selectam inserere omisit, quaeque Progymnasmata sunt, Orationes sacrae, Rectus locutor, haec duo vero deperdita.

§ 1. 524] Τοῦ αὐτοῦ (sc. τοῦ Βασιλάκη) λόγος, ὃν ἐποίησεν ὡς πρόλογον καὶ οἶονεὶ πίνακα εἰς βίβλον περιέχουσαν πονήματα αὐτοῦ

Ἰδέ, φύλαξαι τοῦ ποιῆσαι βιβλία πολλά, Σολομῶν ὁ σοφὸς ἐνουθέτησε, 1  
καὶ οὐδὲ τὴν αἰτίαν ἀγνοεῖν ἀφῆκε τοὺς θέλοντας. ὅκ ἔστι (φησί) περασ-  
μοὺς καὶ κόπωσις πολλὴ σαρκός· ὁ ταῦτόν ἂν εἶη καὶ λέγειν ὡς ἀπεραντον  
μὲν τὸ πολυγραφεῖν, τὸ δὲ ἀπεραντολογεῖν ὡς ἐπίπονον καὶ πολέμιον  
5 σώματι. τί γοῦν δεῖ καὶ ἀνήνυτα κάμνειν ἢ διώκειν ἀκίχητα, βίβλους  
μὲν φιλοτεχνοῦντα καὶ λόγους ἐπαντλοῦντα κατὰ τὸν Δαναϊδῶν πίθον,  
τέλος δὲ οὐχ ὀρῶντα οὐδαμοῦ, ἢ καὶ ὡς ἐν ἀχανεῖ πελάγει περικλυζόμενον